

www.e-rara.ch

**Novum Testamentum Dn. n. Iesu Christi commentariis Benedicti Aretii
Bernensis, theologi facili perspicuaque methodo conscriptis, explanatum**

Aretius, Benedictus

[Genève], 1596

Universitätsbibliothek Bern

Shelf Mark: MUE Rar alt fol 459 : 1

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-18015>

Caput XIII.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

excidium vrbis, plenissime tamen sub finem mundi. vide varia terrae motuum exempla in historiis, & apud Physicos.

Quartum, Fame. De fame habes apud Ioseph. lib. 7. belli lud. cap. 7. & 8. mulieris deuorantis propriū filium. Nostra tempora eandem experiuntur, & posterior aetas eandem experietur.

Quintum, Turbationes, & paures & trepidationes sine certa causa, quales sint, Panici terrores, Patienter illa ferenda sunt, quia sunt initia tantū dolorum: turpe est initio succumbere: quid enim fiet in progressu fabulae: ergo patienter sunt adenda. Deinde quia dolorum sunt initia, non igitur singularem nobis conditionem fingamus, nec polliceamur nobis securam rerum hinc ad quoriam. Ex illis initiis conice de rebus futuris longē tristissimis.

Sed caute vobis. Redit ad priorem partem propositionis, quod circumspēctē viuendum sit. Patienter dicit, quia sic fieri oportet, quia nondum finis, quia initia haec sunt. Sed circumspēctē cur viuendū est. Initio dixit, quia multi & efficaces erunt doctores errorū: verum sunt illa omnia generalia, ferent illa Apostoli vel alij fortē homines, in cōmuni vitā humanae calamitate, & fortuna publica. At non id satis est homini Christiano: versatur is quidem in cōmuni sorte, & casibus publicis vitā huius: at accedunt speciales quidam casus, qui ad ipsos propriē pertingunt.

Primo mon. repetita est, caute vobis, respicite ad vos, attendite pro vobis, quod non otiose spectabitis haec mala, eritis pars actionis illius: nec otiosi etiā sitis, quasi Deus etiā dormiētes velit eripere ex malis, prouidi sitis, & circumspēcti, ecce enim haec vobis accident.

Secundo, sequitur noua. Tradent vos in mūdē, h. e. in iudicium confessus, qui de vobis capitaliter statuēt. II. In synagogas, h. e. Iudaeorum congregationes: damnabimini non solum ab Ethnicis iudicibus, sed etiam a vestrae Gentis hominibus: synagoga vos damnabit Iudaeorum & Philoſophia Gentilium. Deinde accedit maius malum. Cademini etiam, h. e. in vrbē, hoc est, necnon excoriabimini, carnificinam in vobis statuēt.

Tertio, ad Praesides & Reges ducemini propter me. Vis est argumenti a qualitate personarum, quibus statuendi sunt: potētes illi erūt, quibus vos nec ope, nec cōsilio respondere potestis. sed est notanda causa cōmuni calamitatum harum omnium: propter me, inquit. Discrimē illud est, quo differūt pij ab infidelibus. Sancti propter nomen Christi patiuntur, non vt fures, aut malefici, discamus ergo in causa iusta ferre afflictiones. Quare, danda est opera, vt circumspēctē ac prouidē ambulēt in his tot malis.

Quarto, oportet apud omnes Gentes prius predicari Euangelium: potest hoc signum referri ad historiam excidij Ierosolymitani, ante quod in tota Asia, & bona parte Europae doctrina Christi vulgata fuit, vt constat ex Actis. Deinde ad historiam aduentus Christi, ante quē sine dubio totum orbē peruagabitur Euangelium. Ac licet non simul, eodēque tempore totum occupet orbē, tamen successu id facit: nā habet suas peregrinationes: & quodam finali modo, non diu subsistit in eodē loco, mutat in dies hospitia, & fugit rerum successum, comitatur sermē abiectā, crucē & afflictionē amat, sub quibus floret, res secundas mirificē abominatur: hinc militans est Ecclesia, & peregrinatur in mūdī solitudine. Habet hoc signum quartum cōsolationem, vt sint eō constantiores a spe magni fructus: nam totum orbem implebunt haec doctrina, ergo patienter ferēt quoque aduersa pro tanto successu. Redit hinc ad tertium signum, quod faciendi sint ad Praesides & Reges, ac cōfirmat animos nouā promissione, securitatis, & plenae defensionis, quā sint habituri ex improviso: ita vt nec meditari, nec cogitare debeant defensionem. vide in Act. cap. 4. 6. & alibi mirabiles defensiones Apostolorum, quibus nemo potuit resistere:

Quinto, traditurus est etiam frater fratrem in mortem: vetus iam fuit & decantatum a prophanis scriptoribus: fratrum quoque gratia rara est. Verum in his malis tatus erit furor, & zelus pro Moſaica Religione, vt mortē etiā frater fratri illaturus sit. sed & nouissimi tēporis illa nota est: in gratiam praeposterā Religionis frater fratrem occidit, hostiliter persequitur, manus ipse infert, & carnificis fungitur munere.

Sexto, pater filium eodem pacto persequitur ad mortem usque. In historia obsessae vrbis manifestē illa impleta sunt, & implebuntur indies magis magisque sub finem senescētis mundi.

Septimo, liberi aduersus parentes insurgent. & morte efficiēt eos. Indicare voluit Christus extremā rerum desperationem: ita furor, & caecozelia incitabuntur homines, vt nō charissimis etiam sint parsum. quisquis conatus illorum non approbarit, hostis publicus erit, & extrema ab illis quoque metuet.

Octauo, eritis odio habiti ab omnibus propter nomen meū. Haec clausula est, & malorum colophō. Si occidere nō possunt, si defensionem nō resistere, doctrinā impedire nō possunt: tamē Vatiniano odio vos persequentur, sed bene habet, dū illud sit propter nomen Christi. Emphaticum est, quod ab omnibus dicit habēdos odio: sic in mundo sorder pietas: Christus cum veritate molestus, & morosus est hospes: stultitia Gentibus, Iudaeis autem offendiculum.

Haec signa noua clausula concluduntur. Qui persequerit usque ad finem, hic saluus erit. quod nō facit vobis bene cōpisse aliquosque progressum esse, sed noua haec schola, constantes vsque ad finē postulat: impossibile est saluari sine constanti patientia, & prouida cōtinuatione: ergo nisi in periculum salutis placeat descendere, constantes estote.

Porro cum vidētis abominationem desolationis, de qua dictum est a Daniele Propheta. Altera pars de ipso excidio vrbis, & quomodo in his turbis sese pij debeant gerere.

Primo, mature sibi fuga consulant pij, ne cū male grata vrbe opprimantur: confirmatio sumitur ab atrocitate & miseranda facie excidij. Erit & miseranda & atrox vastatio. 2. non simpliciter ignis sed & in vrbē ignis: de quō Daniel dixit c. 9. & Mat. 24. exposuimus. 3. stabit vbi non oportet, h. e. in loco sancto: atrox ergo, & miseranda, 4. sola fuga hic proderit, ita vt qui in tecto sit non debeat domum ingredi, qui in agro non debeat redire: ergo summa festinatione opus est. 5. a personis ad fugam ineptis, praegnantibus, lactantibus, vā illis, quia & ad fugam inhabiles, & domi ab hostibus nihil clementius expectabunt. 6. exemplo caret illa calamitas. 7. electi etiam in periculo erunt: grauis igitur & miseranda. 8. seductores multi accedēt. 9. efficax erit ad seductionē error, quia tū doctrina, tū etiā miraculis potentes erunt, & de his vide plura. Matth. 24. Caterū in illis diebus, post afflictionē illā. Tertius locus de mundi interitu: quae enim haec tenus dixit omnia videntur ad vrbis Ierusalem excidium pertinere. Nunc sermonem dirigit, & ad notationem nouissimi iudicij.

Primo, mundus certo interibit, licet de eius momento simus incerti: ideoque semper vigilandum pijs, ne imparatos dies Domini opprimat, vide Mat. 24. & in locis communibus, de interitu mundi. Locus est 24.

CAPVT XIII.

Equitur historia rerum ad mortē Christi pertinentium. Et quia Christus est agnus ille, ab origine mundi occisus, vt est ad Heb. 9. ideo indicat hic nihil temerē fuisse actum, sed omnia deliberato, & certo consilio acta fuisse: nec id solum verum esse, quod Dei consilium aeternum attinet, sed etiam quod reliquas causas medias concernit. Deliberato agunt Seniores, Iudaei, Pontifices, ipse Christus, mulier illa

lustris causa p. nendum.

Euangelij predicatio nō v. no loco subsistit.

Act. 4. 3.

Dan. 9. 26. Mat. 24. 16.

Mat. 24. 16.

Mat. 24. 44.

Argum. Heb. 9. 11.

